

teret capti amoris nostri, ut ita dicam. Quamvis nihil a Deo longinquius fuit, quam cadere sub sensibus nostris; illum, quem natura suam praesentia infinite attollit, etiam super nostras cogitationes; illum, qui per immortalitatem suam nequit intra Mundi hujus fines contineri; illum, qui per simplicitatem essentiae suae longius abest a compositione, accidentibus, forma, figura, ceterisque, quam lumen a tenebris.

Nostro erga Deum amori duo potissimum obices adverbantur. Primus ex parte ipsius Dei, & erat magnitudo entis hujus infinite supra nos elevati. Terribilis ista Majestas, quae aprior est ad injiciendam reverentiam, quam amorem, & fatendum est, mirum esse, bonitatem, quae impulit Deum, ut magnis sumptibus sibi comparare vellet amorem hominum; namque cum esset ille nimis supra nos, quomodo audere licebat nobis ad ipsum usque amorem nostrum attollere? oportuit illum descendere, ut se infirmitati nostrae accommodaret, & infinitis spatiis demitteret supremam hanc Majestatem, per quam se habet inaccessibilis, & quae in quamdam velamenti speciem, propriam ipsius magnitudinem convertit. *Qui habitat in caelo inaccessibilis.*

Obex alter, ex humano corde oriebatur, in quo alienus regnabat amor, videlicet amor Mundi, & rerum omnium sensibilibus. Sed Verbum incarnatum abstrahit utrumque obicem, qui adeo videbantur invicem: altera enim ex parte accommodat se amori nostro, nobis se similem praebens; ex altera autem, exemplo suo delerit quidquid erat in Mundo illecebratum, ut ipsi omnes affectus nostros divino hinc Homini devovamus.

Tenera devotio erga Jesum Christum, & sublimis conceptus perfectionum illius, medium est praesentissimum ad accendendum in cordibus divini amoris ignem, & ad illa parata efficienda unioni intimae cum Divinitate. Hoc Salvatore ipse nobis inuocat, cum dicitur: *ignem veni mittere in terram, quod quid vis, nisi ut accendantur? (Luc. 12.)* Re vera Mundum universum inflammavit, ex quo divina Natura, & humana coalescerunt in una ejus Persona; Omnia enim divinae bonitatis beneficia nunquam calefacissent Mundum glacie ipsa frigiditate, nisi transissent per cor, & manus Jesu, cuius Sancta Humanitas detegit nobis immensam magnitudinem Dei, qui ostendit sese in omni lucis suae nitore, sed eo modo, ut illuminaret quidem nos, quia sua obrueret luce. Itaque una ex praecipuis rationibus, propter quas Pater Aeternus misit in Mundum Filium suum, hac fuit, ut nobis proponeret Hominem similem nobis; sed infinite amabilem, & omni dignum honore, ut tenere amaremus illum, eumque amantes, Divinitatem quoque amaremus corporaliter in ipso habitantem.

Si scire vis cur Aeternus Pater dederit nobis Filium suum Unigenitum, proculdubio fuit, ut videntes illum nostra indutum Natura, eum magis diligeremus. Nam quemadmodum in ipso saeculorum primordio proposuit illum Angelis, ut ab illis tanquam Dominum amarentur, & coheretur in Spiritu, deinde proposuit illum Mundo, in humano corpore, ut a creatis omnibus, sed potissimum ab hominibus, qui dignati fuerant illius fraternitatem, adoraretur, & diligatur. Sancti Angeli alacriter imperata fecerunt, & quamvis Verbum Caro factum non sit ejusdem naturae ac illi, neque Kedemptor eorum, quia non effudit pro illis Sanguinem suum, neque suam vitam impendit; eum tamen semper amarunt, neque ab illius amore sunt unquam cessaturi. Angeli nequam, qui propter inflexibilem pertinaciam, ac statum damnationis, in quo sunt, eum amare non possunt; inviti licet illum contemserint, atque venerati; & omne genu flexum suum, etiam in Inferno, auditio Nomine Jesu. Quomodo igitur nos homines non amabimus illum, a quo salvi facti sumus? Quomodo nullum illi grati animi sensum testabimur? Cur non honorabimus illum, & letabimur, pro fratre habentes illum, quem Deus profertur Filium sibi Unigenitum? Quae poena exipare possit ingratitudinem nostram, si postquam amantem, quam cum nobis contraxit, postquam natus est, & mortuus pro nobis, dedignabimur illi honorem praestare, quem debemus, si nullum pro ipso effectum, nullum gratitudinis sensum habebimus?

Quamvis rationes ceterae nequaquam satis essent ad nos impellendos, ut Mundi Salvatorem diligeremus, satis est considerare quanto in honore Pater Aeternus habuerit Naturam humanam in Persona sua, & quousque illum veneravit, ut sese ad accipiendam servi formam demitteret. Sufficeret nobis proponere exemplum, quod nobis tribuit erga illum, non solum, quia Filius ejus est, sed quia est frater noster, ac noster Salvator. Quemadmodum enim misit illum in Mundum, ut amaretur a Mundo; ita Mundum docuit, quo pacto esset amandus. Amor tunc, quo ipsum diligebat, coegit illum, ut duplici in occasione palam ediceret, ipsum esse dilectum Filium suum, in quo ipse bene complacuit. (Matth. 3. & 17.) Praecipit etiam, nec se habet Angelis suis, ut illum adorarent, etique servirent;

subjecti illi universa, etique, ut ita dicam, oppignoravit divina attributa sua; ita ut istud ad libitum utatur. Adhibet omnipotentiam ejus in miraculis operandis; misericordiam in peccatis dimittendis; Sapientiam, atque Justitiam, in fecerendis bonis a malis; in his quidem paucis, illis vero remunerandis; itaque videntes, quod Pater omnia ei dedit in manus, postquam derelicta illi cor nostrum, quod totum illud est, quod postquam illi tribuere?

Comparemus quoque, quid Angeli debeant Salvatore, cum illis, quae debemus illi, & illinc feramus iudicium, utrum aequum sit, ut, qui majoribus divitiis sunt beneficiis, minus pro illo operentur, & minus diligant illum? quot sunt Doctores, qui docent hominem unum debere plus Christo pro minima qualibet gratia, quam calix accipit, quam omnes Caesares Hierarchiae, quam calix accipit, quam unquam acceperunt, ac pro gratia, & gloria, quae perfruuntur? & ratio constat, quia Jesus Christus vitam suam pro homine impendit, & Pater Aeternus pro hujus hominis salute, sacrificavit Unigenitum suum, quem tanquam seipsum diligebat. Unigenitum hunc, nequaquam passum fuisse, ut mortem subiret ad promerendas Angelis gratias, cum ad eas hominibus comparandas, opus fuerit, ut Homo fieret, & moreretur in Cruce. Denique illum non pro Angelis apostatis, sed pro peccatoribus hominibus suum effudit Sanguinem; & hac in re naturam nostram Angelicam praetulit; unde inferendum est nos multo magis teneri, quam beatos Spiritus, Deum hominem summa caritate complecti.

Pravaldas rationes non adigant, ad Salvatoretem diligendum, praeter eas, quae jam attulimus. Praecipue, & quae ad nos impellendos ad id sunt aptissima, haec fere sunt. Prima; beneficia, quae incessanter ab illo cumulamur; altera; Amor, quo diligimur; tertia; & praecipua; infinita illius dignitas; quarta; perfectiones omnes infinite amabiles. Haec omnes causa fuit amandi illum, quem nunquam satis pro munere nostro, & pro meritis illius diligemus. Ita est. Mundi Salvator, & adeo perfectus est, ut quamvis nos non diligamus, quamvis de nobis bene non mereremur, deberemus amare te magis, quam vitam nostram; aliunde vero tanta nos caritate prosequeris, ac nos tot cumulas beneficiis, ut licet non esses adeo perfectus, ut es, non liceret nobis non amare te, praeter illi omnibus, quae in Mundo maxima sunt, & pretiosissima; quousque igitur amabimus te, cum sciamus, te esse infinite perfectum, simulque cum nos ad excessum usque diligas?

Salvatoris Anima in gradu summo possidet virtutes omnes, omnia habet Spiritus Sancti dona, cum habituali gratia, quam Spiritus sanctificator adeo uberiter effudit, ut Sanctitate superet Angelos omnes, omneque beatas Animas; cujus tamen praecipuum decus est Sanctitas infinita, quam illi communicat Verbum aeternum per unionem, quam habet cum illa, & quae efficit, ut in Jesu Christo vero Deo, & vero Homine humana natura Sancta sit eadem Sanctitate, qua Natura divina: ecce quid magis commendat sacram illius Humanitatem, eamque dignam praebet caelestium Spirituum admiratione, reverentia, & amore.

Praeter gratiam, quae primum est ornamentum Animae sanctae Salvatoris, & quae illam infinite amabilem reddit in oculis Dei; in omnibus ejusdem facultatibus adfunt admirabiles virtutis habitus, qui merentur admirationem, & amorem omnium hominum. Intellectus illius continet thesaurus increatae Sapientiae: in quo sunt omnes resolventi Sapientia, & scientia reconditi. (ad Coloss. 2.) Possidet scientias omnes excogitabiles, sive naturales, sive supernaturales, sive acquisitas, sive insulas; & praetera super vidit perspicue, & sine velamine in hac etiam vita divinam essentiam; unde oriebatur in voluntate sua ardens amor Dei, & hominum. Semper certam habuit cognitionem praeteriti, praesentis, & futuri. Quae perfectiones, & quanta amabilitatum fontes? Si Populus Israel videns consummatam in Salomone sapientiam, beatos se ferebant, eo quod haberent Principem, qui posset praesentem, ac suaverit illis imperitare; si Principem adeo sapientem, numerisque omnibus absolutum, tanto amore, & obsequio complectebantur; quem amorem, quam venerationem Populus Christianus habere non debet erga Jesum Christum? cum sciat Regem suum, non solum sapere, sed eandem esse sapientiam, & se aberrare non posse secutum eundem in via, quae ducit in Caelum?

Quemadmodum Deus fecit sanctam Filii sui Humanitatem, eo consilio, ut illam amabilem redderet universo terrarum Orbi, opus fuit, ut illa omnimode esset adimpleta. Pecit illam, ut esset Templum, & Sanctuarium divinae Majestatis suae; igitur necesse fuit, ut corpus, & Anima, quae constabat, omnes haberent perfectiones, quas poterant, quamobrem Spiritus Sanctus, ubi illi formandus fuit hic Homo-Deus in sinu sanctae Genitricis ejusdem, curavit, ut illum omnibus exornaret illicitis, amabilem

Dei Filius
admirabilis
duos obices
quod quid
veritatem
amorem, quod
illi debeamus.

Amor Sal-
vatoris
propter
ma rario est
nos constanti
cui cum
Deo, & in
sanctis ad
nos amare
illius.

Deus vo-
luit Filium
suum homi-
nem fieri,
ut homines
magis illi
diligere.

Pater de-
terat nos
docuit ex-
plo sub a-
maire Jesu.

Ipsi magis,
quam Ange-
li tenerent
amare De-
um.

Causa,
quibus ur-
gemur, ut
Mundi Sal-
vatoretem di-
ligamus.

Quam ama-
bilis est J.
C. propter
Sanctitatem
suam.

Amabiles
est per per-
fectiones
naturales,
& superna-
turales ani-
mae suae.

Spiritus
sanctus for-
mans Salva-
toris huma-
nitatem pro-
prie curavit
illam exor-
nare omni-
bus perfe-
ctionibus,
quae illum
amabilem

at fieret objectum dignum amore hominum, Angelorum, omniumque creaturarum. Itaque sancta haec Salvatoris Humanitas est eximium omnipotentis opus, praesentissima amoris productio, & absolutissima opus Spiritus Sancti, qui ipse amor est, & qui illam formans, eandem amore dignitatem facere conatus est.

Natura ipsa nos docet amare amantem nos, & satis est scire, nos amari, ut non amare nequeamus. Si igitur verum est, nos a Jesu diligere, & ipsum salutem nostram vitam suam praetulisse; quomodo nam naturam ipsam ita exueimus, ut minime intelligamus quantum debeamus illi, & tantum hunc amorem contemnamus? habemus gratiam homini quantumvis abjecto, si verbum protulerit, quod nobis in laudem cedat. Animantia ipsa, quae nobis subveniunt, nobisque fidelia sunt, amamus, usque blandimur: non amabimus autem illum, qui verbis multo minus, quam operibus ostendit nobis sui amoris excessum, & qui cum sit Unigenitus Dei, dignatus est nos amicos vocare, & tanquam fratres habere? Ampliora dico: sola ejus beneficia, considerata etiam sine amore, si id fieri posset, satis esse deberent, ut nos ad ipsum diligendum impellerent; sed ut magis illum teneremus diligere, & ipse fieret cordium nostrorum Dominus, voluit beneficiis amorem addere, & amor hic, qui a beneficiis positus poterat nos ad amorem mutuum excitare, hic amor, inquam, multiplicem sese ostendit, per ea omnia quae operatus est, & quae pro nobis est passus: adde hunc amorem, quo Jesus profectus est nos, nequaquam sterilem, & inefficacem fuisse, qualis plerumque eorum est, qui nobis amorem aliquem profertur; quippe illic plura, ac realia praebuit amoris sui argumenta, cumulus nos infinitis bonis, & sese pro nobis, malis obiciens infinitis.

Ad excitandum amorem nostrum erga Salvatoretem, ea cogitemus mala, a quibus nos liberavit, ut eidem animi nostri testemur gratitudinem. Eramus inimici Dei, & objectum illius iracundiae; Angeli nos perhorrescebant; Demones, infestissimi illi nostrae felicitatis inimici, in infami servitute nos detinebant; malum nostrum conclamatum erat expertis medicinis; nulla nobis spes salutis erat relicta. Etiam licet fieri posset, ut Caelum cum terra jungeretur, ut omnia Mundi animalia in holocaustum offerrentur, ut omnes homines laboribus, ac penitentiae doloribus conficerentur, omnes Angeli fierent homines, ut miles mortem subire posset, ut pro uno tantum quantumvis sceleratissimo peccatore, & ad juris apicem minime posset pro uno tantum crimine, quantumvis levi, neque posset peccatorem a minima poena liberare. Igitur supererat Verbum Incarnatum, quod tot malis mederi posset; hic autem tanta repletum fuit caritate, ut in ferebat peccata nostra suscipere, & adeo potens, ut iustam pro illis faceret satisfactionem. Quid igitur non debemus illi tanto pro munere? quousque tantum munus ab illius amore profectum sit, postquam unquam satis testari amorem nostrum?

Cum quidquid Jesus Christus per excessum largitatis operatus, vel passus fuit, non satis cordis nostri mereri posset imperium, cogitandum esset, nos debere meritis illius gratiam Sanctificantem, quae nos in Patris sui oculis reddit acceptos. Si enim gloriosum est dare cor suum Deo, quanto magis gloriosum est tibi delinere, & possidere Cor Dei ipsius? tantum vero, ac tam insignem gratiam Salvatoretem debemus: igitur tanti, quanti debemus, insigne hoc bonum faciamus, quale est gratiam coram Domino invenisse; quae enim creatura ita posset esse perfecta, ut in se Dei oculos traheret, si ille, qui Creatorum omnium Sanctissimus est, vel potius Sanctitas eadem, non dignaretur illi communicare Sanctitatem suam? mirum non est, Deum a creatura amari, cum ille sit suprema pulchritudo; sed quis non mirabitur in creatura esse, quod sibi conciliare valeat amorem Dei, ita ut ab ipso Deo perquiratur? Jesus unus hoc miraculum potest efficiendi; ille nos tantum amavit, ut medium inveniret operandi, ut ab Aeterno Patre suo diligeretur, atque ut digni efficeretur, qui placeremus illi, lavit nos in Sanguine suo. Ita illi debitores sumus aequae, & amoris, quo nos ille persequitur, & illius quo nos prosequitur Creator, cui gratia Sanctificans nos reddit acceptos; quod unum beneficium meretur, ut illi omnes affectus nostros devovamus.

Non satis est Dei Filium amare, & venerari; illum imitari oportet. Amor, quo illum prosequimur, immorari non debet in affectibus tenerae, ac pie devotionis, sed ad effectum debet procedere; non enim vere est Salvatoretem amare, illum non imitari; quia amoris proprium est gignere similitudinem inter amicos. Quemadmodum igitur amor Jesu erga nos, fuit illi, ut humanam indueret formam, ut se nobis similem redderet; ita quicumque diligit sanctum hunc Humanitatem, cui Verbum adeo arte conjunctum est, & quae est templum, in quo Divinitas residet, quicumque, inquam, amat illum, ut opus est, admitti debet, ut illum imitetur, & unum tantummodo, si fieri possit, cor habeat cum illa. Hinc, cum Pater Aeternus illum

proposuit nobis tanquam objectum amoris nostri, eandem quoque proposuit, ut nostrum esset exemplar; ita ut nihil vehementius desideret, quam videre nos transmutatos profectus in illum.

Praeterea supponendum est, Jesum Christum amare, eumque imitari, non esse duo separata praecipua. Evangelium enim, plane decidit. 1. Jesum Christum amari, cum imitetur illum imitatur. 2. Quia, per imitationem cognoscitur, & innotescit, utrum in cordis penitenti parte adfit amor hic, de quo Christiani omnes gloriantur; nam monstruosum esset dicere: Jesum Christum non amari J. 3. Quia hoc est vere non amare illum eo amore, qui affectivus dicitur, cum in nobis deest hic affectivus amor, qui situs est in actione, & in operibus. Ille non diligit me, Jesus Christus inquit, qui mandatum meum non servat.

Amor supponit similitudinem, vel facit, ut vulgo dicitur; sed similitudo quoque gignit amorem. Ratio eadem, quae nos impulit, ut nosmet diligeremus, nos quoque adigit, ut amemus illos, qui aliquam habent cum nobis rationem. Ita Jesus Christus volens quocumque pretio amorem nostrum mereri, voluit se perfecte reddere similem nobis. Sed si ea similitudo, quam cum aliquo habemus, quae est fortuita, & nullo labore, aut sumptu comparatur, & quae saepe nobis etiam est funesta, tantam vim habet ad cor nostrum delinendum; quam impressionem efficiere non debet in cordibus nostris similitudo, quam habere voluit cum nobis Jesus Christus, quae effectus est electionis aeternae Sapientiae, & infinite bonitatis; si hominem diligis, Sanctus Thomas ait, quia homo est similis tibi, quomodo non amas Deum, qui propter amorem tui factus est Homo?

PARAGRAPHUS VI.

Dilecti ex Aestheticis, recentibusque Conclusionariorum loci hujus argumenti.

Conjiciamus oculos in adorabilem Salvatoretem Personam, & videamus, quomodo ipse mereatur coli, & amari, non habita nostrae utilitatis ratione. Quamvis illos tot bonis non cumulasset, neque prior illis dilexisset, illum tamen amare deberent, quia ille, per se, est summo opere amabilis. Consideremus ergo perfectiones Sanctae Humanitatis, sive in anima, sive in corpore, praecipue vero plenitudinem divinitatis in eo residentem, & inveniemus, nullum esse objectum, neque in Caelis, excepto Deo, nec in terris dignius affectibus nostris. Cum Deus admirabilis ille Opifex universorum proposuit archetypum Tabernaculi legis antiquae, connotavit minimas etiam illius partes, minimeque ornatus, quin aliquid praetermitteret, hac sola de causa, quia illa futura erat Imago Corporis Salvatoretem. Iustus quoque Salomonis Templum esse pulcherrimum, & magnificentiae non vulgaris, ut melius representandis posset illud, quod Dei viventis Templum nuncupatur; Sanctissimum illud Templum, quod factum fuit, non quidem ad servandam Foederis arcam, tabulaculo Legis, sed ad continentendam Divinitatem substantialiter conjunctam Humanitati in Persona Verbi. Quod si tanta fuit opus diligentia in describenda radi, ac pingui figura hujus Hominis Dei, qua Deus usus est sedulitate, ut formaret illum, tanquam operum suorum praecellentissimum; quibus gratias, quibus muneribus, atque virtutibus, Sanctam hanc Humanitatem non exornavit? quibus divitiis non cumulavit hanc Humanitatem, quam Sanctus quidam Pater appellavit Mandatum perfectionum, ut eam redderet Angelis, atque hominibus amabilem? Non ita, Salvator mihi necesse non erat, ut ad inflammandum amorem meum erga te, mihi gloriam Cali promitteres, neque, ut ab inferni ignibus salvum faceres; quamvis Sanguinem tuum, pro me, non effudisses, non ideo minus diligerem te, sine ullo sumptu, & tanquam servus, qui omnino tuus est, deservirem tibi. Remunerationem non posco, & si hodierna viderem te ita pauperem, qualis eras, cum deerat tibi locus, ubi Caput tuum reclinares, si ferrem tibi deesse, quod mihi dono dares, sicuti amo te, ita semper amarem. Pater Eusebius Mirensberg in lib. cui tit. Amabilius Jesu.

Hac nobis validissima ratio est Salvatoretem amandi, scilicet ipsum a Patre nobis datum fuisse, ut amaremus illum, etique serviremus non solum tanquam Regi nostro, verum etiam fratri. Voluit illum nostram carnem induere, ut Homini factus similis nobis facilius amorem nostrum sibi conciliaret. Etiam nonne Natura ipsa consilium est, ut illi, quos Sanguis, & cognatio simul conjunxit, invicem alii alios se diligant? quomodo igitur non diligamus hunc Deum-Hominem, qui arcum adeo cum nobis foedus percussit? quomodo amabimus Deum nostrum, si non diligimus Dei Filium factum pro nobis Hominem, & similem nobis? O quam perfecte adimpleri videmus in Salvatoretem Persona verba illa Sancti Joannis: *Qui non diligit fratrem suum, quem videt: Deum, quem non videt, quomodo potest diligere? (1. Joann. 4.)* Fingamus nobismet potentem Principem, in omni

Imitari J. C. non est ab illius amore lepra.

J. C. amare debemus, quia se fecit similem nobis.

Dei Filius amandus est propter perfectiones humanitatis Sanctae cum divina Persona conjunctae.

Jesus Christus amandus est, quia hanc est voluntatem Patris sui, qui ad hoc misit illum.

omni ditione sua precipientem, ut Filius suos habeatur legitimus heres coronae, atque ut in antecessum illi defecatur obsequium. Si quis imperata facere detestaverit, potestne ille contra subditos indignari? malum est, non similes esse vintoribus Evangelicis, qui cum debent honorifice excipere Dominum suum, eumque amore complecti, sese coniecerunt in illum, extra vineam eiecerunt eum, & fecerunt affectum contumelias intersecerunt. Ne finas, Domine, nos adeo caecos esse, & ingratos, atque perfidos: (Matth. 21.) proficiamus potius eo consilio, quod habuisti, mittens hunc Unigenitum: gaudeamus habentes illum, tamquam fratrem; hoc titulo praestantissimum, & hanc affinitatem respiciamus; tamquam praestantissimum honorem, quem Natura nostra praestare poterat. *Idem.*

Piarum nonnullarum animarum ad Supremum Sanctitatis gradum eveharum pia, & Sancta praxis est, exhibere sibi Salvatorem, qualis erat in terra; hanc hypothosin vera non potest, nisi cetera in nobis devotionem, atque benevolentiam. Nunquam fuit aliquis pulchrior, nullius facies suavior, & quae majorem cetera reverentiam. Satis erat illum videre, ut homines ipsius amore tenerentur, etiam si ejus qualitates ad examen non revocaretur; omnes post illum consueverunt, ut verbum ejus audirent, & Apolloni ne momentum quidem desererent, ut sequerentur eum, ex quo illos appellavit; ne una quidem oris illius voce opus fuit, ut persunderet illis bona, domoque suas deserere: etenim, ut Sanctus Hieronymus inquit, Divinitas in facie illius emicabat. Populi ceteratim sequebantur illum in deserto sermonibus ejus illecti. Nemo illo suavior, de omnibus benemeratur, respicebat neminem, quicumque ad ipsum confuebat, hilari vultu excipiebatur; denique nemo unquam illo amabilior, & humanior fuit, vel qui amari impensis mereretur.

Cum scimus, aliquem de nobis bene sentire, licet nunquam de nobis benemerit fuerit unquam, Natura ipsa illi illum diligendum impellimus. Cur non ita nosmet generamus erga Dei Filium? quidam egit, ut mereretur sibi a nobis negari cor nostrum, quod flagitavit, & quod jure debetur ipsi post tot bona nobis collata? post tot amoris sui erga nos argumenta, tot desideria ardentia magna faciendi, & patiendi propter amorem nostri? Quamvis nihil pro nobis vel operatus fuisset, vel passus, ardor, qui semper illum egit, ut plura perferret, nonne aeternam meretur gratitudinem? sed quid facere poterat amplius? nos per Prophetam suum interrogat: *Quid ultra parvi facere, & non facit?* (Isaia 5.) illi proculdubio multum debemus, quia semel mortuus est, sed quantum magis debemus illi, quia centies morti conceptus? dicere etiam possumus, quia non solum contempnisset vitam, sed in singulas horas illam sacrificasse, quoniam amorem suum illi iugem mortem inferrebat; incensanter enim hoc verabatur ante oculos ejus, & summa cum impatentia praestolabatur novissimum vitae suae diem, diem, quo dolorum vi erat mortuus; quae adeo tristis imago, quin caritatem ejus imminueret, in dies magis magisque inflammabat. *Idem.*

Quis potest considerare Filium Dei Salvatorem, & universalem mortalium omnium benefactorem, quin illius amore rapiatur, quin illius illecebris, suavitatis, ac bonitatis illiciter? David in se oculos ejus pertraxit, atque lucratum est cor Israel totius ulciscens impropria, quae Goliath in Dei Populum evomebat: hoc ipsum fecit Judith, illum de manu liberans Holofernis extremum excidium populo minitantis. Heu! quomodo nam postquam illum non amare te, qui non solum es praesidium, & gloria Israel, sed humani generis totius? eripuit nos ab irrisoribus, ac minacibus verbis non quidem hominis unius, sed a crudeli tyranni de diaboli, & peccati. Quem grati animi sensum Joseph testatus non est hero suo, quia hic humanior fratribus, a quibus venundatus fuerat alienigenis, nequaquam illum excipiebat durus, & velut mancipium! Credamus firmiter quidquid boni in nobis est, hoc deberi meritis Salvatoris. Si de nobis benemeratur homines, & Angeli: si Deus ipse aliquid nobis largitur bonum, omnia Salvatori debeamus; quia omnia sunt fructus Mortis, & Passionis illius, & non nisi sub hoc intuitu nobis donantur. *Idem.*

Si terra Princeps fecisset pro nobis minimam earum rerum partem, quas praestitit Jesus, nosmet illi sacrificarem. Quid ergo? Nunquid beneficium minus magnum est, & minoris faciendum, eo quod ab Unigenito Dei Filio prodegit? quicumque Salvatorem tenera dilectione non prosequitur, hic profecto non novit, quid sit Deus, habita hominum ratione; sed cogitemus, cum ipse nos exultit supra conditionem nostram, hoc fecisse humiliando semetipsum, abiciendo magnitudinem suam, induendo nos gratia sua, transferendo in nos merita sua, aperiendo nobis thesauros suos, & assumendo in se paupertatem nostram, signominiam, miseriam, & causas malorum omnium, quae sunt peccata nostra, ad illa expianda; post hac negabimus nec nostrum Filio Dei illud potestati: nihil unquam dabimus illi, qui omnia dedit nobis? *Idem.*

Si a nobis amandus est Salvator, propter ea bona, quae

consulti nobis, & quae numero carent, non minus a nobis est diligendus, propter mala, a quibus eripuit, & a quibus unus ille nos poterat liberare. Hic ille est, qui mirus est nostri, & qui, cum unica esset spes nostra, consilium inuit universa debita nostra persolvendi, & cruenta morte quascumque noxas expiandi. Unus ergo ille libera vit genus humanum a malo, cui ultro sese implicuerat. Hic unus ille ab inferno subduxit nos, & nostra confingens vincula, in libertatem vindicavit. Heu! nisi Salvator fuisset, ubi nam in praesentiarum essemus? Obruti essemus in tenebris abyssi; hic ille de his tenebris vocavit nos in admirabile lumen; hic de abyssi illo nos exulit usque in Caelum, ad quod contendendi jus nobis promeruit est. Quid essemus sine illo? nisi acervus sordium, & corruptio nis. Hic ipse nos eruit, effecitque nos Angelis similes; verbo, hic est, qui nos gloriae suae participes facit, qui nos ex omnibus malorum generibus eruit, & qui nos omnibus bonorum generibus cumulat: & post haec nullus erit nobis grati animi sensus! nullus erga ipsum amor! illum intueri debemus, tamquam supremum Benefactorem nostrum, & cogitare, si novissimus hominum a tanto nos liberaasset periculo, licet sine multo sumptu, & labore, nonne nobis eidem gratia esset habenda? quam igitur gratitudinem restari debemus Regi huius Caesorum, qui nos ab infinitis malis eripuit, & modo adeo generoso, qui illi stetit sanguine, & vita? O Salvator, qui illi referam tuae Bonitati gratiam, eo quod eruiti me de peccati, ac Sathanae jugo? Sed quid non cogimus facere, ut tibi testatum faciamus amorem, ac reverentiam nostram? post tot gratias, quibus nos cumulasti, facere ac possimus, ut nosmet totos servituti tuae devoteamus. Nos inquam, qui tibi servire debebamus, etiam si nullum a te bonum recepissemus? *Idem.*

Aliequi aditantur, si fieri potest, quodam sit malum, unde Salvator nos liberavit: meditemur, animamque ad id sedulo advertamus, & oblitescamus. Admirabimur illius caritatem, & pro tanto beneficio, illi aeternas gratiarum actiones praestebimus. Homo, qui nocte concubavit, nescius quo vadat, graditur juxta aras abyssi, stupore, ac terrore corripitur, ubi mane videt periculum, ex quo lapsus est. Oculos aperiamus, & cum luminibus fidei consideremus praeruptum illud precipitium, ex quo nos Salvator eduxit: attente consideremus illud, profunditas ejus stuporem in nobis ciebit. Qui de rupis cacumina despicunt infimum locum, praetimore contremiscent; nos vero, quomodo totis artibus non contremiscent, videntes hanc abyssum, in quam nos Adam praecipites dederat, & ex qua nos Salvator eripuit? proculdubio, Empyreum minus distat ab inferis, quam status, in quo per peccatum eramus, ab illo distat, in quo sumus per gratiam. *Idem.*

Concipere potest major erga homines caritas, quam haec Dei Hominis, quandoquidem, licet nequam, & ingrati simus, facere nequit, quominus nos diligat? nobis peccata nostra remittit tanta cum facilitate, quanta si plurimum deberet nobis; remuneratur tanta cum liberalitate opera nostra bona, quanta si ille ad ea nihil contulisset, semperque magnum nos liberavit, ut minimam etiam opellam, quam praestamus illi, quin inde aliquid subducatur, pro auxiliis, quae nobis donavit, & quamvis nihil unquam fecerimus propter ipsum, non cessat tamen nos remunerari, atque effundere in nos gratias suas tanta cum ubertate, quasi de illo optime fuisset promeriti. Ah Cor Salvatoris mei! Cor vere liberale, & amore plenum, quod nobis dat omnia, & cui debemus omnia, & quod muneribus suis quodammodo se nobis debitorem constituit: post hac quis possit illum non amare ex toto corde, ex tota anima, & totis viribus suis, & non lovere illius grati animi sententem, & adeo generosam caritatem! *Idem.*

Post tot amorem testimonia, quae Dei Filius nobis praebuit, ubi nam est gratitudo, quam postulat Deus immolatus pro nobis? ubi fides, quam illi debemus? habemus ne cor, ne diligamus illum, qui nobis tantum amorem testatus est? Sed quam insaniam est pro nihilo habere illius Personam, & beneficia? itane adeo curiosi sumus, ut vanae sermones audiamus, & fabulas ad voluptatem confictas, & adeo modicum habeamus curam, ut discamus quoniam sit, qui in Scripturis veritas, & sapientia Patris exercituum Praeceptoribus, & de celebrissimis rerum antiquarum Scripturis, eosque cognoscere cuperemus; sed negligimus scire quoniam sint admirabiles Salvatoris Mundi qualitates, quae illius opera, quae doctrina, quae illi debeamus, & quam officia erga illum nobis sint obsequenda. Tamen hominis Christiani est haec omnia callere, & insubite majori in pretio habere Jesum unum, quam omnia Mundi bona. *Idem.*

Obtulisti, Domine, Patri tuo pro indigno peccatore labores vitae tuae, & dolores Passionis tuae. Ita est. Millies obtulisti te pro hoc peccatore; iriguis, quod in Praesepio passus es; sejunium adeo prolixum, quod fersisti in deserto; Quis Salva-

tor propter malis a quibus nos liberavit. Magnitudo mali, in quo quod nos ad peccatum commiserat, a quo Salvator nos liberavit. Quam amara illi sit Salvator propter caritatem, qua nos affecit nobis. Interferendo homini erga Salvatorem.

Christiani non sumus, nisi quatenus conjuncti cum Jesu Christo, qui nunquam perfecte conjungimur. nisi per fornicitatem cordis, & per perfectam concordiam hunc operatur, & spiritus cum illo, quae certissime per hoc; amor Jesu Christi debet ergo, esse copiosus desideriorum nostrorum, obiectum cogitationum nostrarum, & omniumque nostrarum occupationum, terminus omnium curarum, obiectum nostrarum sollicitudinum. Peccatores ad id contendere possunt, imperfecti jugiter aspirare debent, perfecti in hoc incensanter semet debent occupare. Ad quid autem vacare debemus, nisi ut studemus, agnomus, honoremus, amemus, & Jesum Christum imitemur? Hae debet praecipua occupatio nostra, praecipua, vel potius unica devotio Christiani. Devotiones ceterae optime sunt fautores; sed tandem non nisi quatenus rationem habent cum hac, a qua omnes hauriunt meritum, omnemque virtutem. Hae solida est, & essentialis Christianismi devotio; haec nos facit veros, perfectosque fideles. Devotiones ceterae plerumque sunt opera operum, imponentes recentes obligationes est; aliae nos nobis solatio est; adjuvat enim nos ad obediendas illas, quae nobis instant; ceterae sunt media; hae finis est. Celum perficit, atque consummat, atque est ipsa perfectio. *Libri tibi tribulus: de Amore Jesu Christi.*

Hoc non est decetia, sed necessitatis officium, imitatio Jesu Christum; obligatio est, a qua dispensari non potest; tandem enim via est per exemplum suum; & est per Verbum; igitur vel in errore debemus esse, vel audire, & sequi hanc veritatem; via est per gratiam; igitur vel in morte sumus, vel vivere debemus. Vita Jesu Christi. Fides nos jubet incedere in hac via nova, & alitis omnibus abrenunciare, tamquam erroris subjectis; & Religio nos jubet audire hanc infallibilem Veritatem; & non amare aliquid bonum, nisi ea, in quorum spem nobis proponit. Extra viam habet divinam, nos non nisi nobismetipsis, & errori traditi sumus; nos non nisi omnia sunt dolus, & fraudis; sine hac vita mors tantum expectanda est. Nihil est medium; per peccatum amissis viam cordis, Justitiam, Spiritum, & lumen Veritatis; sese nobis offert, ut communicet se cum plenitudine, & abundantia: *ergo vni, ut vitam habeant, & abundantius habeant. (Joann. 10.)* Sentus nostri nos avertunt a via Dei; cupiditates nostrae hunc errorem sternunt nobis; Jesus Christus nobis occurrat, ac dicit; me sequimini: Vigilemus ergo, ne alteri creaturae tria tribuamus, quod sibi soli vindicat Jesus Christus; non alia est via nostra, via nostra, nec veritas, quam audire debeamus. Quis mediator? ille igitur solus via nobis est; illum nobis aperuit sanguine suo, aperiens, & ingrediens primus in Sanctuarium, ut nos in illud adducat. Solus est veritas, quae non adimpletur, nisi in illo, quatenus Capite electorum; Ipse solus est via nostra, quatenus principium vitae, & actionum omnium Christianarum sequitur, o via aeterna, in quo inventur, qui te non recusat; Veritas Incarnata, quae sola illuminas eos, qui in tenebris sunt; vita Caelestis, & divina, quae mortuis tribuit vitam immortalem! O via divina, quae satis fatigata es querendo peccatorem; ne finas me alibi ambulare, quam in arcta via, quam me docuisti viva voce, & exemplis nostris ad eas dispendans, praere nobis medium se humilissimi et ubique, ut mortem fibres pro nobis, conatque perficit hunc nodum; Amor operans reddat me deo, ut aliquando tandem me tibi conformem invenias. *Amor recens.*

Profecto, si Dei Filius ex singulis nostrum peculiariter quzeret, ut quaevis olim a Sancto Petro: *Peter amas me?*

(Joann. 21.) itane caeci essemus, vel de nobis arroganter ita praesumeremus, ut non secus ac ille responderemus: *tu fidi Dominus, quia amo te?* Sed cor nostrum secretis exprobrationibus suis, nonne verba nostra mendaciter redargueret? tandem enim, Salvator mi, si te amarem, adeo me parum de te solliciti essemus? itane parum cogitarem de te? adeo parum tibi displicere timeremus? adeo modicum zelotes essemus gloriae tuae? & adeo parum nobis cordi esset gloria tua? adeo parum nos moverat contumelia, quibus quotidie inquinari? adeo nullum in discrimine haberemus perquisitiones tuas, infidelitatem erga gratias tuas, ingratitudeinem erga tot beneficia, & tantam in sequendis exemplis tuis negligentiam? tantone in horrore haberemus ea, quae tanti fecisti, & quae unice amplexus est? quamvis sciamus nos fieri non posse tibi similes, nisi nosmet sententiam tuis conformantes, & amorem nostrum tibi testantes, & tuum nobis promerentes. *Idem.*

Nonne mirum est, videre Dei Filium tanta cum sollicitudine cupientem, & tanto cum ardore hominum amorem flagitantem? haec tamen sollicitudo, & hic ardor extotus in Scripturae locis nobis connotatur. Hic nobis connotatus est in libro Proverbiorum, clamoribus sapientia homines ad sui studium attrahentis: *O viri ad vos clamatis; (Proverb. 7.)* amantissimis, ac praeventivis perquisitionibus, quibus illos invitat; *praecipue, qui se concupiscunt; (Sapient. 6.)* postulationibus, quibus ab homine petit cor suum: *Peabo, fili mi, cor tuum. (Proverb. 23.)* Hoc ipsum in Evangelio connotatur invenitur, ardentem zelo, quo bonus Pastor quaerit ovem, quae erraverat; & in quietudine, quam habet propter errorem, & evagationem hominum; impetu gaudii, quo exultat propter eorum poenitentiam. Hoc ipsum nobis connotatur in Cruce, ubi protulit verba illa: *filio.* Longe minus ad innuendum suum Corpora sui, quam ardorem, cum quo hominum amorem cupiebat. Re enim vera poteratne illi nobis impensis ostendere desiderium ardens amoris nostri? poteratne plura facere ad nos alliciendo, quia quidquid producit in ordinem naturae & gratiae, eo tendit, ut hominem trahat ad amorem sui. Desiderium ardens, iteratae preces importunae saepe nos cogunt concedere quidquid peti, licet non esset nobis animus largiendi quidquam. Ardentes vero desiderium, sancta Salvatoris sollicitudines, ut sibi amorem nostrum conciliant, non cogent nos, ut illi praestemus hanc amorem, qui nostram constituit felicitatem? *Idem.*

Nulla adeo fortis, ac valida probatio est amoris, quam pati pro illo, qui amatur. Cetera quaevis argumenta quae voca sunt, vel saltem infirma, ubi cum hoc confertur. Scio beneficia, signa esse factis valida ad amicitiam probandam; sed cum bona nostra damus, ostendimus solum, nos praefere tantum amicos bonis, quibus eximur libenter in gratiam eorum; sed pro illis patientes ostendimus, illos praeferi nobismetipsis. Hinc igitur Dei Filius, qui quocumque pretio persuadere cupiebat de vi, & magnitudine amoris sui, & amorem nostrum mereri, postquam tanta nobis contulit bona, ac semetipsum dedit nobis, credit, hoc nondum sufficere, nisi persuadisset subjiciens semet pro nobis terris cruciatibus, & morti crudelissimae. *Idem.*

Felicitas nostra pro tempore simul, atque aeternitate pendet ab amore Jesu Christi, quia haec tutissima via est ad amorem Patris aeterni nobis promerendum, qui nos non amat, nisi quantum diligimus Filium suum, quem ad nos ipse Salvator testatur reliquit: *ipse enim Pater amat nos, quia nos me amavimus. (Joann. 16.)* Qui nobis gratias suas non concedit, nisi propter amorem, quo Filium diligimus, & qui aeternam felicitatem nostram adjectit conformitati, quam habemus cum illo: *Quos servit, & praefinitavit conformes fieri imagini Filii sui; (Ad Rom. 8.)* ita ut, dicere liceat amorem erga sacram Jesu Christi personam, simul esse, & causam efficacissimam, & argumentum manifestissimum, & certissimum pignus nostrae praedestinationis. Diligamus illum saltem propter utilitatem nostram, si minus aequi sumus, ut illum amemus propter justitiam; vel ita ab omni cupiditate alieni, ut illum per meram caritatem non diligamus. Vae nobis, si vivimus, sed malo magis Vae nobis si morimur, quin Jesum Christum amaverimus. Sanctus enim Paulus jaculatus est tra eos, qui Jesum Christum non diligunt: *qui non amantur Dominum Jesum Christum, sic anathema; (1. ad Cor. 16.)* Sed cur jaculamur anathema in hos miseros? nonne ipsi illud jaculantur contra se, libenter separantes se a Jesu Christo? Ullumne est anathema terribilissimum? Nonne jam separati sunt, ex quo cum illo non sunt conjuncti? nonne cessant conjuncti esse cum illo, ex quo illum non amant? Ah Mundi Salvator! me ex corde, & animo separari ab omnibus hominibus, & omnibus voluptatibus, & vitae hujus bonis non abnuo, dummodo non sejungar a corde tuo, & divellar a te. *Idem.*

Jesus Christus, cum sit vere Deus, consequenter habet J. C. habet pul; quidquid

Quam amara illi sit Salvator propter caritatem, qua nos affecit nobis.

Salvatorem amare libet, mus non totum propter ea, quae pro nobis, verum etiam, quia patri concupiscit opus fuit.

Debitores formi Filio Dei bonorum omnia, quae habemus, & illi propter gratitudinem amare tenemur.

Dei Filius nobis sua tribuit bonasque se nobis onerat, nalis per amabilem caritatem.

Nobis amara dicit Salva-

Ardens desiderium, quo Salvator quaerit hominum amicitiam.

Pater non amat nos, nisi quantum diligimus Filium suum diligimus.

vota nostra pulcritudinem, bonitatem, sapientiam, sanctitatem, amabilitatem, & bilitatem; verbo, infinitas perfectiones. Invenimus in illo, unde nostra vota adimpleamus: quantacunque illa sint, & quantumvis ambitiosa, non deest unde animum nostrum expleamus, quinvis longissime suas ferat cogitationes. Denique suppetit nobis, unde expleamus insatiabilem captum hunc, qui nullo repleti potest creato bono, nullo bono finito; quid igitur aliunde invenire possumus? Sed Jesus Christus est etiam Homo, & accipiens naturam similem nobis reddidit infinitas has pulcritudines, amabilitates, & perfectiones divinas; reddidit, inquam, illas sensibiles, & nostris infirmitatibus accommodatas, & sensibus nostris pares. Quomodo igitur possumus aliquam puertere excusationem non amandi Jesum, quantumvis rudes, materiales, ac sensibus nostris finis inherentes? quoniam in hoc Homine Deo pro termino amoris nostri habemus objectum, quod simul est divinum, & humanum; spirituale, & sensibile; & quod consequenter satisfacere potest spiritui, cordi, rationi, & sensibus nostris, & quod simul promereri debere verentiam, & amorem nostrum; & quod simul conciliare sibi debet obsequium nostrum, amorem, & venerationem, & benevolentiam. Cur ergo illum non conciliat? Quid cogitandum est? quid dicendum, nisi in Homine non deesse nequitiam, cordis cupiditatem erga Jesum Christum, non secus ac in Dei bonitate, & amabilitate aliquid, quod satis comprehendi non potest? *Liber cui titulus: Affectio ad studium amoris Domini nostri.*

Deus factus est Homo, Sanctus Augustinus inquit, ut homo, qui constat ex duabus partibus ita diversis, quarum altera prorsus spiritualis est, & altera prorsus materialis, inveniens in Deo hominem, quidquid poterat constituitur partem utriusque felicitatem, non teneatur, dividens cor suum, dividere amorem suum, Deum inter & creaturam. Inveniens in Humanitate Jesu Christi, ex quo sancte occupare possit passiones suas, suosque sensus explorare, & in Divinitate illius, ex quo satisfacere spiritui, & cordi suo, constitueret omnem beatitudinem suam in illo, & omnem in illo amando felicitatem. Quid si pulcritudinis aliquod lineamentum, si minima perfectio, que in misera invenitur creatura, potest oculos nostros perstringere, spiritum nostrum fallere, allicere cor nostrum usque ad quamdam fascinationis speciem; quoniam alia veneficii speciei est, videre congeriem omnium pulcritudinum, omnium perfectionum divinarum, & humanarum, que reperiantur in te, Salvator amabilis! Non possit explorare spiritum nostrum, allicere cor nostrum, amorem nostrum mereri? Hæc estne infania? estne cæcitas, an sensus carentia? Vel potius hæc tria simul? Vere enim nonne est incomprehensibile, quod nosmet prohibere non valentes, quominus amemus quod est amabile; quemadmodum nosmet prohibere non valemus, ne videamus quod est visibile; cum Jesus Christus nihil prætermiserit, ut se nobis præberet amabilem; vel potius, cum ille solus sit amabilis; hunc illum esse, qui minus ametur? Hæc misera cæcitas est, quam Propheta præviderat, atque deploraverat patheticis verbis istis: *Obstupescite Cæli super hæc, & porta Cæli desolamini.* (Jerem. 2.) Videntes duos horribiles errores, in quos cæcitas impulit Populum meum, obstupescite: dereliquit me fontem aquæ vivæ, in quo longis hautibus potare poterat, ac sitim extinguere cum voluptate; & abiit, ut quæreret sibi aquas lutulentas. Hoc horribile malum est; hæc admirabilis est sensuum carentia, que non cognoscitur, & nihil fecius quotidie committitur; que dolore conficit animas Dominum nostrum amantes, & quam ipsi amarum lacrimis lugeremus, nisi hujus stupiditatis efremus participes. *Idem.*

Sanctus Joannes verba faciens de amore, quo Salvator homines profectus est, dixit illum suos in finem usque dilexisse: *Cum dilexisset suos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos.* (Joann. 13.) Profecto si Jesum Christum respicimus, tamquam Deum, nonne ille nos in finem usque dilexit? cum ne unum quidem momentum otiosus fuerit in omnem æternitatem, quin de nobis cogitaverit, quin nos amaverit, sed amore efficaci, qui magnos effectus producturus erat cum tempore; sin autem eundem Salvatorem intuemur, quatenus Hominem, nonne dicendum est illum in finem usque nos dilexisse, cum de nobis a primo ad novissimum usque Vita: suæ momentum cogitaverit; cum ne minimum quidem motum ediderit, qui non esset motus sui amoris erga nos; cum vitam suam impenderit, & Mortem lævissimam, atque contumeliosissimam, causa nostri subierit? Profecto, divine Salvator, licet non esis ita amabilis, qualis in te ipso es; licet nobis non adeo magna consultis bona; licet ex tot, tantisque malis nos non eripueris; facere nos potest, quin amorem tibi pro amore redderemus; & saltem omnibus viribus nostris te diligereamus? *Idem.*

Non postrema ex præcipuis rationibus, quibus mereri possumus amorem Jesu Christi, super omnia est illum petere; sed credendum est donum adeo pretiosum concedi frigidis, & languentibus eorum dispositionibus, qui parum

stiliis norant pretium, & necessitatem; quibus parum periculis est de sua duricie, & stupiditate, qualis est lethargia cordis humani pro tanto hoc bono, quod contrarium est voluntatibus ejus, & fallaci quieti in qua vult dormire. Oratio, quam postulat amor, jam est amoris principium. Hoc David nos docet, cum ait: *Deus aperuit, & aperuit spiritum meum.* (Psalm. 118.) Si ageremus vera cupidine Jesum Christum amandi, non alias preces fundereamus; sed ut hæc fiat efficax, & perseverans, addidit medium alterum, quale est meditando sepe perfectiones, & Mytheria, placita, exempla, denique actiones Jesu Christi. Error est, Sancta inquit Theresia, in quem sepe incidunt nonnulli etiam virtute præditi, credere sacramentum Jesu Christi Personam, non esse objectum satis sublime virtutibus suis; perinde ac si quid majus esse posset Filio Dei. Sanctus Paulus in hoc totum collocabat studium suum. Credebat se proficere in amore Jesu Christi, prout proficiebat in cognitione divinarum perfectionum illius. Nihil profidelibus optabat amplius, quam ut omnibus cognitionibus suis præferret illum Jesu Christi, & repleveretur his incomprehensibilibus divinitis, ratus illas ad hunc amorem deducere. Cum cognoscimus, amorem Jesu Christi erga nos, inflammatur amor noster, vel incipit germinare. Lectio librorum de hoc agendum, validissimum est subsidium; totum Evangelium corpus, præcipue vero Evangelium Sancti Joannis, ejusque Epistolæ; unde manat mel, & atque dulcedo hujus amoris, quem hauserat de pectore Magistri sui; Epistolæ S. Pauli, qui maximus est interpretes Evangelii, & qui omnia illius aperuit nobis arcana, non per subsidium hominis alicujus, sed per eundem Jesum Christum. *Idem.*

Aque sunt semper in ipso fonte puriores. Jesus Christus ipse est ignis semper comburens. Ille est in divina Eucharistia cum omnibus perfectionibus suis; ibi satis longam carere possumus requiem super pectus illius, æque ac dilectus Discipulus, & eisdem effectus experiri. Inde fideles olim hauriebant ardens desiderium moriendi, quod tyrannus, atque carnificibus luporem injiciebat. Tunc videbantur, Sanctus Chryostomus inquit, tamquam leones ignem, flammæque evomentes, quia in fonte potaverant. Frequens communio est ergo medium validissimum ad promerendum amoris donum. Hoc Jesus Christus pollicitus est, cum nos invitavit: *qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam. Sicut misit me vivens Pater, & ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse vivet propter me.* (Joann. 6.) Accedentes ad hunc ignem absumemus, nos ipsi absumemur; nonne ille in Eucharistia magnum hunc producit effectum? amor per partes effectus in alia Mytheria, nonne in hoc Mytherio collectus est, tamquam in centro suo? hic divinus Justitiae Sol omnes radios suos colligit, & ibi non est, qui se abscondat a calore ejus. (Psalm. 18.) Jesu Christi præsentia non debet esse ab hoc medio sejuncta; debemus instar Aquilæ a re-

bus terrenis nosmet expedire, & adorare Jesum Christum in sinu Patris sui. Nosmet cum illo immergere in hæc luminaria inaccessibilia, descendere cum illo de Cælo in terram ad contemplandum Verbum hoc Hominem factum in carnis visceribus purissimæ Virginum omnium. Illic contemplari necesse est, & magnitudinem, & humiliactiones ejus, que non alium habent principium, nisi amorem suum; cum Magis & cum Pastoribus nosmet proferere debemus in stabulo, & credere, ipsum adhuc videri invitentem ad amorem suum; sequi illum debemus in omnibus itineribus suis; erumpere in impetus admirationis cum Apostolis ad adpectum suorum prodigiorum; profiteri cum Sancto Petro, ipsum, præ ceteris a nobis amari: *Erlam, Domine, tu scis quia amo te.* (Joann. 21.) Quidquid scriptum est, nonne ad doctrinam nostram scriptum est, Sanctus Paulus ait: igitur pro nobis Spiritus Sanctus efformavit in corde primorum Sanctorum hos ineffabiles gemitus, qui poscunt, & obtinent amorem; pro nobis dictavit has affectiones, & hæc suspiria, quibus illi usi sunt ad innuendum amorem suum Jesu Christo; ita Deus non imperat solum, ut cum diligamus; non promittit solum, se hanc nobis gratiam concessurum; verum etiam suggerit adhuc terminos, & verba, quibus amorem nostrum illi testemur. Igitur proprias nobismet efficere debemus Sanctorum Patrum in hoc argumento locutiones, & sepe cum Apostolo iterare: *Ego autem in Domino gaudeo, & exultabo in Deo Jesu meo.* (Hebr. cap. 3.) Dicere debemus cum David: *quid mihi est in Cælo, & a te quid volui super terram; Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.* (Psalm. 72.) Dicere debemus cum Sancto Paulo, qui sese conjungens cum Propheta amore fuculo: *non judicavi me scire aliquid, ait, nisi Jesum Christum: (1. ad Cor. c. 2.)* beatum me puto, si rerum omnium jacturam fecero, dummodo Jesum Christum adquiram: *Omnia detrimendum feci, ut Christum lucrifaciam.* (Philipp. 3.) Hæc sententia debent esse familiares; illas jaculari debemus, tamquam tela, que non infirmata distractionibus futilibus, sese atollunt tamquam suavissimum Thymiana ad Thronum Majestatis Dei. *Pater Sicut-jure in libro de Conquisione, & Amore Jesu Christi.*

Unde.

Undenam vestra quidem sententia sit, plurimos homines, qui sexcentas easque optimas praxes exercent, cum immo-dicis nonnunquam mortificationibus, quas amplectuntur, cum jugibus orationibus, que etiam sublimis videntur, & quibus dant operam; unde nam inquam toto vitæ suæ curriculo obrepunt, parum in virtute proficiunt, & sepe etiam in graves incidunt lapsus? hoc procul dubio inde proficitur, quia non satis diligunt Jesum Christum, neque student vitæ illius virtutibus, exemplis, atque præceptis; quia non satis meditantur, & penetrant ejus Mytheria, magnalia, merita, beneficia, & quantum illi debeant. Tantum adest, quod imitentur Sancti Pauli rationem, qui palam profitebatur, se nolle discere, nisi Jesum Christum, & cui id bene cesserat, ut semetipsum in Jesum Christum quodammodo transformaret, neque vivebat amplius, nisi per illum, & propter illum, atque ejusdem tantummodo spiritui erat animatus: *Oh nos beatos, si feremus Discipuli magni hujus Magistri, & beatores, si divina illius documenta exerceamus. Liber, cui tit. Affectio ad studium amoris Jesu Christi.*

Salvatorem amare debemus, tamquam bonum nostrum; hæc lex est, quam nobis irrogat natura, ratio, & amor proprius; & ipsi nobis necessitatem imponemus amandi nosmetipsos, & deinceps, quidquid nostrum est. Quoniam verus Jesus Christus totus est noster, atque illum in numero bonorum nostrorum recensere debemus; igitur illum debemus amare, & quæ interest nostra, & per quamdam amoris proprii speciem, qui in hoc tantum casu, non est abnormis. Debemus, quoniam sese totum nobis tradit, nosmet totos, & sine ulla exceptione tradere illi. Si omnia Mundi haberemus imperia, vitas omnes omnium crea-

turarum ipsi offerendas, & consecrandas; numquid post hæc, persolveremus illi id, quod nobis dat, cum seipsum dat nobis? daremusne illi quidquam, quod valeat Deum? quidquid sumus, quidquid possidemus, parum admodum est, & nosmet illi totos nos tradere nolumus? quamvis haberemus decies centena millia corda, magis succensa, quam illa Seraphim omnium, que eidem dare possumus, numquid daremus illi quantum dedit ille nobis? miserum habemus cor languens, frigidum, imperfectum, & nolumus illud totum dare Jesu Christo, & illud partiri volumus inter ipsum, & miseram Creaturas? Quæ contumelia! *Idem.*

Unum ex solidissimis, ac magis sensibilibus argumentis amoris, quo Jesum Christum prosequimur, magnum est desiderium ejusdem magis amandi, nam quo magis amari, magis cognoscitur quam sit amabilis, & magis deinceps illum amare desideramus; præterquam quod magnum hoc desiderium manifestissimum est argumentum mansionis Spiritus Sancti in Anima, qui efficit non solum, ut ore cum gemitibus ineffabilibus ad hoc, ut hunc amorem obtineat; verum etiam efficit, ut multa cum festinatione id concupiscat. Profecto si vere diligereamus Jesum Christum, sincerum, & ardens haberemus desiderium, ipsum multo magis amandi; & si hoc nobis esset, desiderium efficeret, ut amplecteremur ardentem omnia media, que nobis opem afferre possent ad adquirendum amorem hunc, cogeret nos, ut incessanter illum peteremus a Deo, & diceremus cum S. Augustino: *te amo Deus meus; sed quia non satis adhuc amo te, & quantum mereris, veli quantum valeo, fac ut te adhuc impensis diligam.* *Pater Noster in recessu de D. N. J. C.*

Indefectum est J. C. a nobis amari, cum illum magis amemus, magis desideramus, magis cognoscimus, magis diligimus.

F I N I S

Secundæ Tomi Mytheriorum Domini Nostri.